



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt IV. Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

CAPVT IV.

Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

^{in inf. Can. 4} **D**Enique & β eadem sancta Synodus docet, & par-
los γ vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate
ad sacramentalem Eucharistiae communionem: si quidem
^{in Trid. 3.} per β Baptismi lauacrum regenerati & Christo incorporati,
adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere
non possunt. δ Neque ideo tamen damnanda est antiquitas,
si eum morem in quibusdam locis aliquando seruatum
Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem cau-
sam pro illius temporis ratione habuerunt; ita credere
nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia con-
cedendum est.

R E M I S S I O N E S.

ⁱⁿ **V**ide Pat. Henriq. in sum. lib. 8. de Eucharistia, c. 43. & p. 1.
pio, Valqu. in D. Thom. tom. 3. disput. 212. nu. 17. & disput.
nu. 35. P. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. li. 29. qu. 4. nu. 1.
Pat. Aegid. de Conink. de Sacram. & censuris, tom. 1. quaest. 80. ar. 1.
nu. 72. cum sequentibus, Petr. Ledesim. in sum. p. 1. tract. de Eucharistia
c. 13. concl. 7.
 β Infantes, si daretur eis communio, recepturos gratiam, resolu-
Victor. verbo Eucharistia, num. 84. in fin. Pat. Soar. tom. 3. disput.
sect. 4. P. Aegid. d. q. 80. art. 9. num. 77. Petr. Ledesim. d. cap. 13. con-
duda 2.
 γ *Vsu rationis carentes.*] De amentibus perpetuis idem quod
infantibus sentiendum esse docet Pat. Valer. Reginald. d. lib. 1.
numer. 78. vbi 79. An debeat administrari Eucharistia in articulo
mortis amentibus patientibus tunc temporis, de quo etiam P. Hen-
riq. in sum. lib. 8. cap. 42. §. 3. in fin. P. Soar. tom. 3. disput. 69. ar. 1.
dubit. 3.
 δ *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, &c.*] Vide P. Aegid.
art. 9. nu. 75.